

Aus v. Grisebach. Aus-lin

Nr. 59.1.

15  
CHRISTVS  
A CORRVPTIONE IN MORTE  
IMMVNIS HAC DEVICTA  
AETERNV M VIVENS *Pulm XV.*

---

COMMENTATIO PRIMA  
AD  
SACRA PASCHATIS  
PIE CELEBRANDA

IN  
ACADEMIA IENENSI

PROPOSITA

*Züller.*



IENAE  
IN OFFICINA STRAVSSIL

CHARTA  
MONUMEN<sup>T</sup> A  
D<sup>U</sup>CTI<sup>N</sup> A  
VITATIS  
COMMUNICATIO<sup>N</sup>  
AD<sup>U</sup>CTA  
SACRA PASTORALIS  
TIT<sup>U</sup>LUS  
IN  
ACADEMIA MERICENSIA  
AT<sup>Q</sup>UE<sup>U</sup>OLI  
AN<sup>NO</sup> M<sup>DC</sup>X<sup>VII</sup>

DEI GRATIA  
**CAROLVS AVGVSTVS**

DUX SAXONIAE, IULIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIS THVRINGIAE,  
MARCHIO MISNIAE, COMES PRINCIPIS DIGNITATE  
HENNEBERGIAE COMES MARCAE ET RAVENSBERGAE,  
DYNASTA RAVENSTEINII, CAET.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS  
MAGNIFICENTISSIMVS

CHRISTI AD VITAM REVOCATI GRATIAM  
PRECATVR

**CIVIBVS**

**Q**uae redemptoris nostri suppliciis perfecti a morte ad vitam reditum adstruit doctrina, quum fidei nostrae caput constitutum vnum e praecipuis idque solatii plenum; supremi numeris sapientia atque benignitas vel ea se exseruit ratione, ut in iis, quae ad Messiam, vincum salutis nostrae fundamentum, attinent, reuelandis eandem iam veteris oeconomiae tempore exhiberet, quo et illius aevi et futuri saeculi hominum fides in Christum stabiliri posset atque confirmari. Eminet inter ea, quae palmariam hanc veritatem continent, codicis sacri oracula augustum illud vaticinium, quod psalmo Davidis decimo sexto eiusque commatibus decimo et undecimo legimus, cuius quidem verba, quod maius illis inest pondus, quod plura suppeditant fidei nostrae momenta, curatius perpendere animus est.

Quum autem in omni textu propheticō orationis subiectum notasse et tempus, quo euenerint, quae praedicta sunt, ad interpretationem iustam plurimum conferat, quandoquidem his ignoratis, aut non rite expositis, interpretatio dubia euadit, vel fini, quem scriptor

A. 2 facer

sacer intendit, plane repugnat; haec ipsa cantici huius momenta, quae fusiū alibi enarrauimus *a)*, strictim hic persequi iuvat. Proponit psaltes diuinus personam, quae de rebus fidei grauissimis differens sermonem ad deum dirigit, supremum rerum moderatorem. Quae vero illa sit, ex *iis*, quae textus de ea perhibet, praedicatis testimonijisque diuinis explorandum est: et haec quidem luculentissima exstare voluit numen benignissimum, vt dubitationi locus non relinquatur, quum ita comparata sint, vt non nisi de Messia, generis humani redemptore, valeant. Bonum suum, adeoque beneficium aliis tribuendum, sanctis, qui in terra sunt, prodeſſe eosque, qui alium sectantur, dolores suos multiplicare, quae loquens introducit, persona commatibus tertio et quarto perhibet, iisque ab aliis hominibus sanctis se diuerſam atque vnicum salutis fontem ac principium profitetur. Ad generis humani redemptorem haec modo quadrare, facile patet. Solus is ab omni peccato immunis hominum est sanctissimus *b)*. In ipso vnicet est hominum salus *c)* eiusque meritum piis modo illius cultoribus, a peccatorum turba separatis, salutare euadit. Perhibet porro, quae deum compellat, persona, corpus suum post mortem numinis beneficio secure in sepulchro quieturum esse, tutum ab omni corruptione, putredini non obnoxium *v. 9. 10.* Cui quaeſo hominum haec conueniant, nisi redemptori nostro, e communi hominum forte *d)* exēmo, cuius corpus propter arctissimam diuinæ cum humana natura vniōnem eamque indissolubilem corruptione plane interire nequit. Sed neque id praetermittendum, quod vnum est e praeципuis. Testes huius rei habemus omni exceptione maiores, Petrum atque Paullum, viros *Georγeūs&822;*, quorum ille *e)* non Daudem tantum in cantico hoc de Christo, *εἰς ἀντὸν* in eum quasi transformatum et personam eius induentem, loqui adſfirmat, verum etiam commata octauum et quae sequuntur ita de redemptore agere monstrat, vt de rege illo exponi non possint; hic autem comma psalmi decimum, vt Iesu e mortuis resuscitationem probaret, excitans illud vel ex hoc capite de Dauide non valere contendit, quod corpus eius post mortem computruit *f)*. Quae quum

*a)* vid. progr. satisfactio Messiae piis editum. *b)* 2. Cor. v, 21. Ebr. viii, 26. tantum eius cultoribus salutaris e pſalm. *c)* aſtor. IIII, 12. *d)* 1. Cor. xv, 42. 53. XVI, 2. 4. euista a. c. 1010 CCLX. *e)* aſtor. II, 25-31. *f)* aſtor. XIII, 35-37.

quum ita sint, neque Iudeorum, canticum hoc de solo Davide exponentium, neque eam rite se habere sententiam, facile patet, qua C A L-  
V I N V S g), G R O T I V S b) atque C L E R I C O V S i) et qui eorum vestigia legunt, psalmum hunc secundum litteram et sensu proximo de Davide interpretari, mystico autem ad Christum accommodare volunt, quum, quae, de persona loquente excitauius, praedicata ad regem hunc non quadrent et noui foederis testimonia plane repugnant. Sed neque illi rem conficiunt, qui Davide in priori psalmi parte in sua orare persona, in fine vero adsurgere ad Christum, adfirmant k), quum unum idemque esse cantici subiectum eandemque personam loquentem, orationis series sententiarumque cohaerentia et deficiens subiecti mutati indicium satis luculentum monstrant, ut adeo non, nisi de Messia, quem commatibus octauo atque decimo loqui extra dubium est, totum hunc psalmum agere, iure adfirmemus.

Quibus praefectis, grauissimum cantici huius argumentum facilius intelligitur. Adflatu diuino ductus poeta sacer ad generis humani sponsorem animum aduertens hunc eius statum considerat, quo id agebat, ut arduum salutis hominum reparanda negotium, perpecciosibus et morte obeundum, perficeret et supremum rerum moderatorem compellaret, ut sibi in malis, quae nostrum caussa subeunda erant, suo succurreret auxilio atque praesidio. Has itaque eius preces dum carmine hoc exhibet, rationes, qui loquens inducit, Messias subiungit mouentes, modo a sua in deum fiducia v. 1. 2. modo a fructu et effectu ex illis, quibus obnoxius sit, malis tum ad homines v. 2 - 4. tum ad seipsum v. 5. 6. redundante, modo a laudibus, quibus deum adiutorem suum celebraturus sit, petitas. Quibus spem addit atque fiduciam de gloriose perpeccionum suarum exitu, ita ut illius fundamento declarato v. 8. eaque ipsa exposita v. 9. exoptatum hunc euentum memoret, quo futurum sit, ut corpus suum secure requiescat in sepulchro, tutum ab omni corruptionis periculo v. 9. 10. et ipse e morte resuscitatus vita fruatur aeterna atque felicissima v. II.

A 3

Ita-

g) commentar. in libr. psalm. p. 58. vid. M A T T H. P O L I synops. criticor.  
b) annotatt. in psalm. quae exstant vol. II. p. 618. G V I L I E L M. AMESII  
in C A L O V I I bibl. illufr. tom. I. lession. in psalm. p. 87.  
p. 963. i) commentar. ad h. I. k)

Itaque renovationem a mortuis expectans Messias patrem allocuitur caelestem verbis: כִּי לֹא חָשׁוֹב נֶפֶשׁ לְשָׂאֵל quae rationem exhibere praemissi de corpore secure requiescente adserit, vocula ingredientium potestas, hoc est, de quo iam esse debemus solliciti. Potior hic nominis שָׂאֵל habenda est ratio, quandoquidem illo rite expedito facilior datur reliquorum expositio. Sed varium de constuenda eius significatione deprehendimus interpretum dissensum. Iudeorum quidem complures, illud de damnatorum loco exponentes<sup>1)</sup>, Daudem, ne illi adiudicetur, deum obtestari volunt. Scribit RASCHI<sup>m)</sup>, cantici auctorem, quem Daudem existimat, perhibet: רַבִּי שָׁאֵל בְּתוֹךְ כִּילָא הָעֹזֶב נֶפֶשׁ לְשָׂאֵל שְׁרוֹדָה שְׁרוֹתָה בְּרוּי בְּשְׁרָתָנִי גַּם יְיָ הַכְּבָיר חַטָּאתָךְ קָל וְחֻמֶּר שְׁמַעַת שְׁמַעַת quoniam ego confido, quod non permittes animam meam inferno, quia in peccato grauissimae transgressio- nis (adulterii), quod perpetraui, nuntium laetum accepi: etiam dominus transtulit peccatum tuum (2. Sam. xii, 13.) multo magis (laetatur cor meum), quoniam ab ijsō tempore non derelinques me, vt recedam a te. Arriperunt hanc nominis vim christianorum interpretum haud pauci, e quibus DAN. CRAMERVUM<sup>n)</sup>, DAN. ARCVLARIVM<sup>o)</sup>, SEB. SCHMIDIVM<sup>p)</sup>, IO. HENR. MICHAELIS<sup>q)</sup> MARTIN. DEL RIO<sup>r)</sup> producere liceat, qui, vt descensum Christi

## A 3

<sup>1)</sup> Luculentum exstat huius rei testimoniū in talmudis babylon. tract. עֲרוֹבֵן cap. 11. fol. 19. col. 1. quod erit in Avodath Hackodesch c. xxxi. fol. 47. col. 1. excitatur, quo damnatorum sedem septem nominibus, in quibus et שָׂאֵל sit, insigniri, Iudeorum doctores contendunt: conf. et Ialkut Schimonī ad Ies. fol. 47. col. 3. n. 302. Nischmuz Chaimi fol. 31. col. 2. Ialkut Rubeni fest. Bereschit fol. 3. col. 2. <sup>m)</sup> commentar. ad h. l. <sup>n)</sup> schol. prophet. class. I. explic. vi. p. 79. et clasi. III. explic. VII. p. 742. <sup>o)</sup> disputatt. Marburgens. tom. II. p. 368. <sup>p)</sup> adpendic. ad psalm. prophet. de Christo p. 49. <sup>q)</sup> annotatt. vberior. in hagiograph. tom. I. p. 96. <sup>r)</sup> adat. sacr. vet. test. part. I. p. 211. col. I. et p. 213. col. I. vbi minus forte scribit: nullus in scriptura locus est, in quo שָׂאֵל אֱדֹנָי, infernum, inferos, cogamur capere pro sepulchro, scroba, forca, animas a corpore separacione, vel in genere pro statu mortuorum aut alio, quam animarum, receptaculo, quibus p. 220. subiungit: priori itaque membro (commissis decimi psalm. XVI.) describitur Christus a parte hominis nobiliore, defensura ad inferos, sed ibi non remansura.

ad inferos eumque realem probarent, hoc argumento vñi, Christum, ne in damnatorum loco relinquatur, deprecari existimant. Sed falsos illos esse, quilibet facile animaduertit. Praeterquam enim, quod minus apta foret haec Christi victoris et triumphatoris infernum ingredients oratio, quum nihil ei fuerit periculi; hanc verbi virtutem haud visitatam nouimus, neque in saeculis litteris occurrentem. Producent quidem, qui hanc fountent sententiam oraculum Salomonis s), quo, viri prudentis esse, vitare mortem aeternam adeoque damnatorum tartarum, adfirmetur t). Sed si vel maxime hanc huius loci esse vim vocis certum fuerit et euictum; ad nostrum tamen oraculum non valer argumentum. Tantum vero abest, ut illa obtineat, ut aliud plane Salomonis finis et nexus verborum doceat. Rex enim pietatis vñsum scelerisque damnum expositurus נְדָרָה וְזִוְּמָן semitae vitae nomen שָׁאָל ex ea quidem ratione opponit, quod statum mortuorum designet, ut sensus sit: homo prudens, qui veram consequi studet felicitatem, actiones dum suscepit, respicit ad deum, eoque mortis periculum vitat et interitum. Neque aduersatur eiusdem regis dictum u): נְפֵשׁוֹ מְשָׁאָלָּה רַחֲלָה quum patrem infantem suum castigando efficere contendat, ut a seelere is auertatur, quo perpetrato morte plectendus sit, quod et Alexandrini notarunt transferentes haec ita: τὴν ψυχὴν αὐτῷ ἐν θανάτῳ ἔστη. Accedit his, plura reperiri scripturae sacrae effata, quae hanc nominis significationem, qua damnatorum locum denotet, plane respuant, cuiusmodi et illa sunt, in quibus Iacobus patriarcha, Iobus, David et Hiskia in לְאֹלֶן descendisse perhibentur x). Longius a vero recedunt, qui verbum שָׁאָל de doloribus, quos dicunt, infernalibus cum MART. GEIERO y), ABR. CALOVIO z), THEOPH. ALETHAEO a), CHRIST. EBERH. WEISMANNO b) SAL. van TIL c) et IO. GUILIELM. KRAFTIO d) exponentes Christum precari perhibent, ne anima sua in diris, quibus in summae exinanitionis statu

obno-  
s) prou. xv, 24. t) vid. et εὐσε- lichen Erlaeuterung der dunkeln Oer-  
tti comment. Ling. Ebr. p. 1553. edit. ter A' und N. T. part. I. p. 38. b) in  
Lipf. u) prou. xxiiii, 14. x) gen. statut. theol. exegeticco-dogm. p. 571.  
xxxiii, 38. Job. xvi, 13. psalm. vi. c) commentator. ad h. l. tom. i. p. 260:  
6. cxli, 7. Ief. xxxviii, 18. y) d) obseruatt. sacr. fascie. 11, obs. 2.  
commentar. in h. l. z) biblior. illu- §. 7, seqq.  
strat. tom. I. p. 965. a) in der gründ.

obnoxius fuerit, perpessoribus a deo deseratur. Textus enim *euā-  
phēm* profrus aduersatur, quum hoc psalmi comma rationem reddat,  
quare Messias securi in sepulchro requiescat, quae certe ab illis, qui  
mortem eius praecesserunt, doloribus petenda non est. Neque ullum  
fauet litterarum sacrarum oraculum. Quod psalm. xviii. 5. excitatur  
(חַבְלֵי מִתְּהָרֶל) idem esse atque sequens (פָּקַדְשֵׁי מִתְּהָרֶל) (coll. v. 4.)  
verborum nexus et scriptoris finis satis luculenter docent. Quae pro-  
ducuntur alia huius generis oracula, ea de morte et statu mortuorum  
agere, scite monstrauit cel. IO. DAV. MICHAELIS d). Multo mi-  
nus vero locum inuenit Pontificiorum opinio, qua שָׂאֵל limbum pa-  
trum notare et Dauidem adfirmare volunt, animam Christi e morte  
redeuntes in eodem non esse mansuram e). Quum haec enim nomi-  
nis significatio ne ullo quidem scripturae loco stabiliri possit, quod  
satis ostendit IO. RAINOLDVS f), et limbus ille fictus sit et com-  
mentitius; non est, quod longius his immoremur. Maiori autem  
veritatis specie verbo שְׂאֵל sepulchri vim subiacere contendunt Iudeo-  
rum nonnulli g) et christianorum interpretum tantum non omnes, e  
quibus HVG. GROTIUM b), SEB. MVNSTERV M i), THEOD. BE-  
ZAM k), IO. PISCATOREM l), IO. MARKIV M m), ANDR. RIVE-  
TVM n) GVIL. SVRENHVSIVM o) atque cel. GVILIELM. ABR.  
TELLERV M p) nominasse sufficiat. Plura quoque scripturae enunciata  
huic fauere videntur sententiae et commatis nostri sensus, quo Christus  
perhibeat, patrem suum ipsum in sepulchro non esse relictum, non  
foret incongruus, neque scriptoris fini aduersus. Sed sunt tamen co-  
dicsi sacri dicta, quae hanc nominis potestatem plane non admittunt,  
vt adeo ad nostrum oraculum non valida detur argumentatio. Ex eo-  
rum numero vel illud Iacobi est, quo de filio suo Iosepho, quem creditit  
a feris

d) colleg. critic. in tres psalmos p. schim col. 482. b) annotat. ad h. l.  
194. seqq. e) vid. ROB. BELLAR. i) vid. bibl. critic. tom. III. p. 1185.  
MINI explicat. psalmor. oper. tom. V. k) annotatt. ad h. l. l) commentar. in  
p. 74. coll. libr. III. de Christo c. x. libr. bibl. tom. III. p. 132. m) exer-  
tom. I. p. 448. f) censur. librор. apo-  
cryph. praelest. LXXX. seqq. tom. I. p. 64. o) in βιβλῷ καταλλαγῆς p.  
947. seqq. g) vid. R. D. KIM CHI 394. p) in praeteritis in quatuor  
ad psalm. VIII. 18. et in sep̄ber schora- hymnos Dauidis p. 23.

אָרֶר אַל בְּנֵי אַבְל שָׁאוֹל <sup>q)</sup>: Quum enim Iosephum haud sepultum esse persuasum haberet; non nisi se moriturum et in luctu ad mortem usque perseveraturum esse profitetur. Eadem est ratio dicti Davidis <sup>r)</sup>: שָׁאוֹל מִצְוָנוּ <sup>s)</sup> quod de sepulchro minus valere, vel ex ea patet ratione, quod angustiae in illo locum non inueniunt, in quo corpus exanime jacet. Dum insuper seditiosi Core, Dathan et Abiram cum suis viui descendisse dicuntur <sup>t)</sup>; nomine hoc sepulchrum non notari facile patet, quum a terra fuerint absorpti et facta animorum a corporibus dissolutione in defunctorum statum venerint. Neque litterarum sacrarum dicta verbum נִשְׁאָר pro ea, quae prima est, eius significatione idem esse atque קָרְבָּן satis euincunt, e quibus vel illud Iobi <sup>t)</sup>, quod unum sufficere putat PAULLVS SLEVOGTVS <sup>u)</sup>, ad hanc vocis vim probandum, producere iuuat: בִּזְבֻּחַ נִשְׁאָר שָׁאוֹל Mens enim, quod textus οὐαφη̄ probat, viri sancti est: non esse, quod amicorum sermonibus de sua valetudine restituenda fidem habeat, quum spes sit frustranea, quia mox moriturus et in statum mortuorum peruenturus sit. Lungimus his enunciatum <sup>x)</sup>: נִפְזְׂרָה עַצְמֹתֵינוּ לְפָר שָׁאוֹל in quo interpetatum plurimi sepulchri significationem obtinere adseuerant. Sed priora dicti verba non proprie accipienda esse, vel ex eo patet, quod non de mortuis, sed de Davide cantici auctore eiusque sociis sermo sit, qui vires suas ita fractas et infirmatas perhibent, vt ipsi morti sint proximi et in eo fere constituti, vt animus corpus eneruatum deserendo ad eum, quem post obitum consequatur, statum perueniat. Quae quum ita sint, in genuinam verbi נִשְׁאָר vim et potestatem curatius inquirere, haud abs re esse putamus. Quodsi etymi rationem habemus a נִשְׁאָר. quaerere deductum, locum notare querendum adeoque incognitum, animaduertimus. Quum autem eiusmodi vel infra terram positus sit; facile hinc colligitur, qui factum sit, vt generatim κατώτερα μέρη τῆς γῆς inferiora terrae notet, quod et R. ABEN

B

ESRA

<sup>q)</sup> gen. xxxvii. 35. <sup>r)</sup> ps. cxvi. dissertatt. eius academ. p. 1038. et 3. coll. ps. xxx. 4. LXXVI. 13. LXXXVIII. THOM. CRENII analectis philolog. 4. <sup>s)</sup> num. xvi. 32. <sup>t)</sup> Iob. xvii. 13. crit. histor. p. 334. seq. deprehenditur. <sup>u)</sup> dissert. hellenistica §. 12. quae in <sup>x)</sup> psalm. cxxxvii. 7.

ESRA obseruat exponens ۲): **מְחֻתּוֹת הַאֲרֵץ** Sed hacc quum nimis late dicta sint; specialius definire et rem altius repetere innuat. Homines vel antiquissimi, mortuorum statum delineantes, animos a corporibus solutos vastam quandam petere perhibebant voraginem subterraneam, commune eorum receptaculum, sed pro personarum qualitate in varia loca distinctam. Quam quidem mortuorum regionem Ebraei **אָנָשׁ** Graeci **ἄνθρωπος** nominare solebant. Plura huius rei vestigia prisco iam aevo deprehendimus, quum variae loquendi formulae a viris sanctis adhibitae ad eam respiciant. Iacobus, filii sui Iosephi interitum deplorans, se ad eum descensurum esse **שָׁאוֹל** **in** **יִנְفְּרָן**, memorat ۳), eoque non Iosephum modo a feris discerp-  
tum in mortuorum loco versari vel regione, verum etiam se in eam quoque peruenturum illamque infra terram esse docet, quum **רוּדָה** vbius de descensu ad inferiorem locum usurpetur. Pari ratione Da-  
vid, dum mortis periculum, cui fuerit expositus, exponit, deum alloquitur ۴): **כִּפְרָנָה** **בְּשָׁאוֹל** **מְשָׁאוֹל** **הַעֲלִיתָה** **כְּפָשֵׂר** **מְשָׁאוֹל** **אֶל** locum inferiorem, in quo mortuo-  
rum sint animi, proponit, quod et alio loco huic **παγαλλήσιον** indi-  
cat ۵): **רוּדָה** **רֹצֶלֶת נְפָשָׁוֹת** **רֹצֶלֶת מְשָׁאוֹל** **רֹצֶלֶת** **מְשָׁאוֹל** **הַחֲרוֹתָה** **eruisti animam meam ex infer-**  
**no inferiori**, dum a grauissimis mortis periculis se liberatum esse gloriatur. Spectat huc quoque vatis dictum ۶): **נִסְיָה** **לְבּוּאָה** **auxilium meum, parum absuisset**, quin anima mea habitatset **רוּדָה** **in loco silentii**. Vitae enim discrimen, in quod ab aduersariis fuerit adductus, indicans, in eum prope se venisse vita defunctorum locum perhibet, in quo omnia sileant, nullus sit strepitus, nulla negotia-  
tio ۷), quem ۸) per **אָנָשׁ** designant. Huc quoque spectare vide-  
tur vel illud psaltæ enunciatum ۸): **mortui te non laudabunt** **רוּדָה** **כִּלְיוֹדוֹ רָכוֹת** **neque omnes descendentes in locum silentii**. Sed neque erroris arguenda est sanctorum horum de vita futura fides, quum animorum modo a corporibus solutorum receptaculum innue-  
rent eosque crederent immortales et post mortem quoque sui rerumi-  
que suarum consciens. Quem quidem animorum statum dum poetæ  
primum

۲) comment. ad ps. cxxxviii. 11. 8. lxxxix. 17. d) vid. et eccl.  
۳) gen. xxxvii. 35. a) psalm. xxx. viii. 10. e) psalm. cxv. 17.  
۴. b) psalm. lxxxvi. 13. c) psalm.

primum describabant, regionem singebant mortuorum subterraneam, in quam umbrae descenderent humanae eique portas adsignabant et varia, quae eius incolis acciderent, fata. Sed sensim fictio haec poetica ita vsu inualuit, vt in prosaica quoque oratione adhiberetur f). Itaque accidit, vt veteris oeconomicae vates haud raro ad eandem animum adiuerterent. Iesaias, ingentem Babyloniorum fragem et regni exitium pingens, regem eorum compellari perhibet g): מִתְרָחַ שָׁוֹלֵג רְגוּחַ לְקָרָאת בְּאַרְךְ וּבְנָסְבָּה *infernus subtus commotus est de te in occursum aduentus tui caet.* Scilicet excitari singit fato perfunctorum animos et umbras e sedibus suis, in mortuorum regione iisdem adsignatis, vt occurrerent Babyloniorum regi eique de aduentu sarcastica oratione gratularentur, quum visum eis fuerit παρέσθετον, tantum cecidisse principem et cum eo imperium, quod sibi persuaserint aeternum. Eadem fere ratione Ezechiel b), vaticinium de Pharaonis interitu edens, heroum fortissimos comminiscitur, in regione mortuorum aduentu Aegyptiorum regis in admirationem raptos, eundem compellare, recensendo celeberrimos orientis principes atque populos, qui defuncti apud ipsos habitent. Quemadmodum autem in parabolico dicendi genere plura ad exornandam modo parabolam singuntur; ita nefas profecto foret et sane hermeneuticae principiis aduersum, ex orationibus his figuratis religionis dogmata de hominum animis post mortem in subterranea quadam regione et statu quidem silentii atque quietis constitutis construere. Quod factum tamen olim fuisse animaduertimus. Dum haec enim de inferorum regno μυθολογία ad alios populos transibat, quorum doctores et poetæ præfertim varias eidem adspersere fabulas, hominum plures, dictiones figuratas sensu proprio et litterali exponentes, varios theologiae admiscerunt errores, quod et Iudæi sequioris aëvi factum animaduertimus, qui pluribus commentis illam de defunctorum statu doctrinam commacularunt, quorum farraginem collegit 10. ANDR. EISEN-

B 2

MEN-

f) Ies. XXXVIII. 10. coll. Matth. DAV. MICHAELIS notas ad Lowthi  
XVI. 18. apoc. XX. I. conf. et CAMPEG. praelect. de sacra Ebraeor. poesi p. 128.  
VITRINGAE commentar. in Ies. g) c. XIV. 9. b) c. XXXII. 21.  
XVIII. 9, tom. I. p. m. 562. IOAN.

MENGERVS i). Populos inter antiquos deprehendimus Aegyptios, qui hanc de mortuorum regione fabulam receperunt, quod vel ex iis patet, quae de Rhampsinito rege narrarunt, quem ad inferos descendisse viuum et saluum rediisse confinxerunt. Insigne est HERODOTI testimonium<sup>k)</sup>: ἔλεγον (Αιγύπτιοι) τέτοι τὸν βασιλέα ζῶον καταβῆναι κάτω ἐς τὸν ὁὐρανόν νομίζουσι ἔναις πανεῖσθι συγκυβένειν τῇ Δίημπτῃ καὶ τὰ μὲν νικᾶν ἀντὸν, τὰ δὲ ἐστᾶσθαι ὑπ' αὐτῆς. καὶ μὲν πάλιν ἀπεισθαν δῶρον ἔχοντα παρέ αὐτῆς χειρόμαντρον χρύσεον. Quum plura vero sapientiae dogmata ab Aegyptiis vel Orpheo duce mutuarint Graeci; quin hanc de mortuorum regno doctrinam ab illis traditam acceperint, fere non est dubium. Quam inferorum dititionem quum nomine ἄδει designarent; verbo hoc statum mortuorum, siue felix ille sit, siue infausus, indicari, frequens eius apud veteres scriptores vius docet, e quorum dictis praeter ea, quae HOMERVIS de ἄδει et Ulyssis ad inferos itinere memorat<sup>l)</sup> vel illud PHOCYLIDIS producere iuuat<sup>m)</sup>:

ἐν ἐν ἐς ἄδην ὅλβον ἔχειν καὶ κείματ' ἄγεσθαι,  
πάρτες ἵστοι γενιών ψυχῶν δὲ θεος βασιλένει  
ποντια μέλανθει δόμων αἰώνια καὶ πατέλις ἄδης,  
Ξυνὸς χρῆσος ἀπασι πένηστ τε καὶ βοσελένειν

Pari fere ratione CRATES, quum morti se proximum sentiret; hoc sibi accinebat carmen n):

— στερχεις δὴ φύλε κύστων  
Βάνεις τ' ἐις αἴδαιο δόμεις κυφός διὰ γῆρας

BION vero referente eodem DIOGENE LAERT. o) ἔνιαλον ἔφασε τὴν ἐις ἄδεια δέδον καταμόντας γενιάς αἴτιεναι. Alia huius genetis testimonia collecta exhibent MART. SYLVEST. GRABIVS p) atque GODOFR. OLEARIVS q). Eadem verbi ἄδει vim et de inferorum regno, quod Iudei fingebant, doctrinam scripta referunt αἴποκενφα, e qui-

i) in dem entdeckten Iudenthum segm. 92. p. 359. o) libr. 1111. segm. part. II. c. VI. p. 322. seqq. 49. p. 256. p) in appendice apologet. k) libr. II. cap. CXXII. l) Odyss. Irbani Rbegii libro de formulis caute libr. XI. I. seqq. m) carmin. V. loquendi subiuncta. q) commentator. 105. seqq. n) vid. DIOGENEM de redentione ex inferno et liberat, a LAERT. de vita philosoph. libr. VI. morte §. 20. p. 36.

e quibus vel illud auctoris libri sapientiae dictum notamus q): ἔτε  
 ἀδε βασίλειον ἐπὶ γῆς, quo regnum mortuorum et regionem delineat  
 infra terram positam, cui et portas vel aulam tribuit, dum deum  
 compellat r): σὺ γὰρ ἡγούμενος θαυμάτων ἐξετιανόμενος, πολὺ κατέγειρε  
 τὸν πύλαν ἀδε, πολὺ ἀνάγεις. Auctor libri, qui Baruchi nomen in  
 fronte gerit, mortuos ἐν ἀδείᾳ esse satis luculentet fatetur scribens s):  
 ἐχόν δι τεθνητότες ἐν τῷ ἀδε, ὃν ἐλέγουσαν τὸ πνεῦμα αὐτῶν ἀπὸ τῶν  
 σπλάγχνων αὐτῶν, δώσεται δέξαντος διατέλειαν τῷ πνεύματι. In eandem  
 sententiam Siracides t): μνησθήτη, inquit, ὅτι θαύματος ἐχειν,  
 πολὺ διαθήκην ἀδε ἐχόντων πνεύματος, quibus indicat, non esse tempus  
 homini manifestatum, quo ad inferos adeoque in statum eorum, qui  
 ex vita discesserunt, venturus sit. Quum itaque lxx. interpretes vo-  
 cabulum שָׁוֹר vbiuis fere per ἀδεν transtulerint eosque et noui fo-  
 deris scriptores sequuti sint; facile ex his quoque patet, nomen illud  
 pro ea, quae prima et princeps eius est significatio, mortuorum re-  
 gionem vel defunctorum statum, quicunque sit ille, sive beatus,  
 sive miser et infelix, notare. Quam nominis vim ea quoque, quae  
 illud exhibent, veteris testamenti loca demonstrant omnia, quod via  
 est regia, ad genuinam verborum perueniendi potestatem, ex indu-  
 ctione exemplorum et dictorum παραλλήλων iusta expositione eruen-  
 dam. Singulari cura atque studio illa conquisiuit et expediti NICOL.  
 IO. LETHVS u), e quibus et illa notare iuuat, quae שָׁוֹר cum חַת  
 coniunctum exhibent x), luculento significationis in priori voce obti-  
 nentis indicio, et nonnulla alia, vt probandi vis pateat, strictim hic  
 exponenda, quorsum et illud in Mosis cantico referimus, in quo  
 Iehoua dicit y): קְרוּבָה בְּאָפִי וּוּמְקָרֶב עַד שָׁאֵל מִתְהִיר  
 ignis succensus est in ira mea, qui ardet usque in infernum inferiorem.  
 Vindictam numinis in hostes declarans Moses de igne irae diuinæ et  
 grauissima adeo dei indignatione loquitur, qua aduersarios morte ab-

B 3

ripiens

q) cap. 1. T. 4. r) xvii. 13. cum לְאָנָשׁ et ἀδεν Lips. 1672. x)  
 s) c. 11. 17. t) c. xiii. 12. u) diss. 1. Sam. 11. 6. ps. vi, 6. xxxviii.  
 de לְאָנָשׁ Ebraeor. quae exstat in 15. 16. lv. 16. coll. v. 24. lxxxviii.  
 Menthenii thesauro theol. philolog. 4. lxxxviii. 49. cxvi. 3. Iob. xxvi.  
 disputatt. tom. 1. p. 591. conf. et 10. 6. prou. v. 5. vii. 27. cantic. viii. 6.  
 CYPRIANI diss. de significatione vo- y) deut. xxxii. 22.

ripiens vel in statum mortuorum et insimam, quam poetice fingit, horum regionem prosequitur. Quod et psaltes indicat *z*), dum numeris omnipraesentiam descripturus deum et in **לְאֹלֶן** mortuorum regione, in insimis terrae partibus constituta, praesentem esse profiteretur. Neque Ionae dictum *a*) aduersatur. Quam enim **כָּבֵן שָׁאָל לְאֹלֶן** ad deum se clamasse memorat, facta ad pisces ventrem allusione, in eo tum fuisse perhibet, ut iam iamque in mortis statum perueniret. Dum autem Hoseas Iehouam inducit loquentem *\*)*: **מִ יְהוָה שָׁאָל לְאֹלֶן** e potestate inferni redimam eos, tempus esse venturum indicat, quo pii numinis cultores e mortis statu ad vitam reuocentur gloriosem et fructuum adeo mortis et gloriae Messiae participes reddantur. Sufficient haec instituto nostro. Tuto ex illis conficitur, nomen **שָׁאָל** in nostro quoque loco statum mortuorum denotare, quum a recepto et perpetuo vocabuli vsu recedendi nulla plane necessitas sit.

Progredimur ad vocabulum **שָׁבַע** quod, quum pro ea, quae eius propria vis est, hominis animum, partem eius alteram eamque essentialem notet, duplicem aliam, quae hic in censum venire posset, significandi potestatem secum habet coniunctam, qua modo synecdoche admissa integrum suppositum animatum totumque adeo hominem designat *b*), ideoque et pronominis reciproci, quod in vulgus notum est, vicem sustinet, modo metonymia adhibita de corpore usurpatum examinato *c*), quamquidem posteriorem nominis vim, post Hieronymum, Bezanum, Vatablum, Surenhusium et alias, celeb. MICHAELIS *d*) in commate nostro obtinere et Messiae funus intelligendum esse contendit, vel iis rationibus inductus, quod ibi, ubi de mortuis eorumque sepultura sermo sit, haec verbi significatio locum inueniat et commatis nostri membrum posterius, quod de corpore examinato, corruptionis experite, agat, priori, ut illud illustret atque declareret, subiunctum sit. Sed haec certe minus iis respondent, quae de mortuorum regione et statu, vocabulo **שָׁאָל** notato, dicta sunt, quandoquidem hominum modo animi et horum tantum respectu vita defuncti, non corpora eorum, vel haec tamen non sola, in illo esse perhi-

*z*) psalm. cxxxviii. 7. *a*) cap. ii. 3. xxii. 4. num. v. 2. vi. 6. viii. 6.  
*\*)* c. xiii. 14. 1. *b*) gen. xii. 5. xiii. 21. 7. io. xviii. 11. *d*) colleg. critic. exod. xii. 9. caet. *c*) leuit. xviii. 1. in tres psalm. p. 199. seqq.  
 28. coll. deut. xiiii. 1. leuit. xxi. 2.

perhibentur. Neque ea, quae vir celeberrimus producit, argumen-  
ta rem expedient. Ad primum enim quod attinet, fallax illud est nec  
scripturae vnu stabilitum, quum ea, in quibus haec nominis **שָׁמַן**  
significatio obtinet, scripturae loca aliud docere, qui illa disquirit, fa-  
cile animaduertet, vt adeo ad nostrum comma non valeat argumen-  
tum. Altera vero expositionis ratio plane non cohaeret, quum  
vtrumque commatis membrum vnam candemque exhibere sententiam  
et posterius prioris expositioni inseruire sine iusta caussa adseratur,  
quandoquidem eadem et maiori forte vi argumentandi Messiam in  
primo incisi enunciato animae suae, in altero corporis rationem ha-  
bere adfirmemus. Jungitur verbum **בְּנֵי**, quod generatim relinquere  
notat, quacunque id fiat ratione, cum nomine autem, cui <sup>7</sup> praemittitur, constructum, quae connectendi ratio et hic obtinet, idem  
est atque rem plane alteri permettere, vt absolutam in eandem ha-  
beat potestatem *e*), quod dum patrem suum caelestem compellando  
de **לֹא נִנְאַשׁ** negat Messias, spem suam firmissimam declarat, se ad vitam  
post mortem, quae ei sit obeunda, reuocatum iri. Grauissimae quo-  
que ei erant rationes, quae spem hanc suffulcientes illius e morte ad  
vitam redditum yrgebant, a persona eius qualitate et salutis nostrae  
conditione petitae. Fuit is ipse in morte **Θεός οὐρανῶν**, quem diuina  
eius natura cum humana indissolubili ratione coniuncta maneret. Se-  
parata quidem erat in morte a corpore anima, sed nequaquam ab hu-  
manitate, personaliter unita cum illa, numinis natura, vt adeo, quae  
cum homine communicata fuerant, **ἰδίωματα** diuina, in ipso mortis  
statu retineret. Seruator itaque in hoc constitutus pro ea, qua pol-  
lebat, potentia eaque summa seipsum e morte ad vitam reuocandi  
facultatem omnino habebat atque virtutem, auctor erat vitae, vita  
ipsa et resurrectio *f*). Igitur inter **ἀδύτατα** fuit, vt mors absolutum  
in eum exerceret dominium. Humana insuper redemptoris natura  
quum ab omni peccato immunis esset, mortis plane fuisset expers,  
nisi saluti nostrae inferuentis eandem efflagitasset satisfactionis con-  
ditio. Qua igitur per mortem praefixa morteque per sepulturae tri-  
duum confirmata, cessabat discessus e vita ratio, vt adeo diutius re-  
demtor

*e*) Ieuit. XVII, 10. pf. XXXVIII, 11. *f*) Io. XI, 25.

demtor a mortuorum statu detineri non posset. Sed salutis quoque nostrae ratio, ut ille non diu in morte permaneret, maximopere efflagitabat. E redditu enim eius in vitam de absoluta demum, quam praefligrat, satisfactione et perfecta cum deo reconciliatione certi rediti sumus et conuidi. Qui itaque fieri potuerit, ut diutius commoraretur in morte, quam ad veritatem illius declarandam esset necessarium, quum vel Paullo teste fides nostra foret vana, nisi redemptorem in vitam rediisse penitus essemus persuasi g).

Commentationis huius occasionem præbuerunt festi dies, quibus in coetibus sacris memoria restitutionis Christi in vitam renouatur. Eo quidem ampliorem illi vobis, cives, exhibent materiam, veram in redemptorem vestrum fidem confirmandi, quo frequentius diuina de redditu eius a mortuis oracula tempore hoc sacro in aedibus publico numinis cultui dicatis adnuntiantur. Vestiarum igitur est partium, ut saluti vestrae prospicientes ea curetis, quae caelesti inferuiunt felicitati eamque in rem tempia obeuentes verbum dei attente auditum, ad salutares fructus gignendos, in vestra demittatis pectora. Sed neque liberalitatem erga eos, qui voluntatis diuinæ sunt interpres, negligatis, quam grata et laudabilis consuetudo postulat. P. P.  
primo festo die paschatis a. r. s. c. 1010 C G LXXIIII.

g) 1 Cor. xv. 17.




Fd 3984




TA - DL

V317

WV





15  
**RISTVS**  
**IONE IN MORTE**  
**HAC DEVICTA**  
**IVM VIVENS**      *Pulm XV*

---

**NTATIO PRIMA**

AD

**PASCHATIS**

CELEBRANDA

IN

**MIA IENENSI**

PROPOSITA  
*ritico.*

---

**E N A E**

**INA STRAVSSIL**

9.